1647 ie 10 Maji Ex Orig. Arch. Civitt. Sandomir. 181

Vladislaus IV. Dei gratia Rex Polonie. Magnus Dux Lithuanie Russie, Prussie, Masovie Samogitie Livonie, Smolenscie Czernichoviaq. Nec non Sveconum Gothorum Vandalorumq hereditarius Rex. Significamus praesentibus literis nostris, quorum interest universis et singulis. Quod cum anno proxime elapso e Cracovia Varsaviam iter perficientibus in Civitatem nostram Sandomiriensem diverti nobis contigisset, ibidemq Proconsul, Consules totusq Magistratus Civitatis ejusdem summam desolationem moenium civilium aliorumq ad residentiam tam Officii Consularis, quam et privatorum spectantium bonorum ob crebram in eadem Civitate, permissione Divina, ignis grassationem, humiliter nobis exposuerunt, ex quorum relatione proventuum Civitatis ejusdem Summam diminutionem consideravimus, ad haec frequentes contributiones et Exactiones in usum publicum Reipublicae per Cives nostros in recompensam conflagratorum bonorum laboresq diurnos et nocturnos circa bonum regimen Civitatis tum susapti tolerari consuetos, aequo animo perpendentes, Qua propter . . . sumus intercessionibus nonnullorum Consiliariorum nostrorum prodicta Civitate apud nos interpositis, tum vel maxime calamitatum Civium nostrorum benignam rationem habentes eidem Procunsuli, consulibus, advocato, Scabinis, totiq Communitati Civitatis nostre praedictae Sandomiriensis damus et conceclimus facultatem ut omnibus Mercatoribus, et cujuscumq status et conditionis hominibus s: ordinis Equestris exceptis: seu potius ab eorum meribus omnis generis et speciei per frusta vulgo Sztukami dictis quocumq tempore tam in Civitatem quam extra Civitatem nostram Sandomiriensem, videlicet e Cracovia Gedanum, vel e contra, nec non pel alia loca Terrarum Russie tam terra quam Istula flumine ad-vehi et evechi solitis, videlicet. od Beli, Fasy, Beczki, Skrzynie, kity, Wezla, Sztuki, Masy, Wantuchu, aut quocumq nomine nuncupatis et nuncupandis per groszos sex. A minutioribus vero meribus, ut pote. Baliwanu soli, Beczki soli, Beczki wina, Beczki sliw, Beczki [illegible], kopy Owoiu, Cetnaru mieczu, Polsetka płotna, Faski Masla,

kopy vera per Grossum quotandis ysexigant & exigant. Quorum quidem proventuum supra recensitorum, duæ quidem partes pro reparatione mœnium et alios usus Civitatis. Tertia vero pro consolatione & Contentatione laborum Magistratibus tam officiæ consularis quam advocatialis cedent & conferentur ad decursum annorum Quadraginta. Quod ad notitiam omnium, quorum interest, deducendum mandamus, ut hanc Exactionem xtukowego non impediant, neq impediri a quopiam permittant, quinimo memoratum Magistratum Sandomiriensem utrumq in ea concessione nostra juxta præscriptum Privilegii a nobis gratiose collati integre conservent Pro gratia nostra. In cujus rei fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum in Varsavia, in Conventione Regni generali decima Mensis Maij. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo septimo. Regnorum nostrorum Poloniæ XV Sveciæ XVI Vladislaus Rex- Remigianus de Piaseczno Regens Cancell Regiæ Majestatis. Locus sigilli subappensi. Ex Originali Pargameneo de Mandato Officii Consularis Sandomiriensis per me Valerianum Stogniew Notarium Juratum Consularem Sandomiriensem de Verbo ad Verbum fideliter descriptum, & in majorem præmissorum fidem sigillo officii ejusdem munitum manuq mea subscriptum. Idem qui supra Notarius. Joannes Dzierzęga Philosophiæ et Medicinæ Doctor, pro tunc Proconsul Sandomiriensis.